



LXIX.

Послание конгрегациі кардиналовъ къ кіевскому митрополиту Петру Могила съ призывомъ и убѣжденіями войти въ единеніе (унію) съ римско-католическою церковію на основаніяхъ Флорентійскаго собора.

1643 г. ноября 9.

Illustrissime et Reverendissime Domine!

Reverendissimus Methodius Chelmensis Episcopus Ruthenus unitus tot tantaque de moribus, doctrina et zelo Amplitudinis Tuae et domini Adami Kisiel Castellani Czernihoviensis huic Sacrae Congregationi de propaganda fide retulit, ut merito Eminentissimi Patres, vobis cooperantibus, spem non modicam conceperint ¹⁾ videndi tandem renovatam illam totius Russiae cum hac Sancta Sede Catholica et Apostolica Romana Unionem, quam ante duo ferme saecula Isidorus, Metropolitа totius Russiae et postea Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, in Sacro Oecumenico Concilio Florentino perfecerat. Nam cum agatur cum viris prudentibus et ad bonum propensionem habentibus, non erit difficile illos ad veritatis cognitionem adducere. Nota sunt capita, in quibus a recta hujusce Sanctae Sedis sententia dissentitis, illaque discunt docte Genadius olim Patriarcha Constantinopolitanus, qui, ut gentem suam removeret ab iis, quae Marcus Ephesinus, invidia forsан permotus, quum non se vidit ad cardinalatus dignitatem promotum, sed Besarionem et vestrum Isidorum, contra profatam Sanctam ²⁾ Unionem scripserat, libellum pro definitionis profati Oecumenici Concilii Florentini defensione composuit, quem mittimus ad vos in latinam translatum linguam, ut illum, remota prius affectione contraria, legatis et perlegatis et postea ³⁾ si quid in mentibus vestris remanserit dubii, illud per duos ex vestris doctioribus monachis scientis (sic) ⁴⁾, recipientur etenim hic peramanter ac benigne audientur; ad quod faciendum vos enixe hortamur et precamur. Vobis ad memoriam revocantes haec tria, pro

¹⁾ Въ Лаврской рукописи: *consumpserint*.

²⁾ Въ рукоп. Максимовича это слово опущено.

³⁾ Въ рукописи Максимовича это слово искажено: *et cones* (sic).

⁴⁾ Въ рукописи Максим. это слово, очевидно, не разобрано (оставленъ пробѣлъ).

Не стояло ли въ подлинникѣ: *communicetis*?



vestra et populorum vobis subditorum salute serio perpendenda et ruminanda. Quorum alterum est, quod ex Apostolicis Sedibus sola Romana continuatam successionem Pontificum, orthodoxam fidem ac doctrinam, quam a Sanctis Apostolorum principibus Petro et Paulo didicerunt, profitentium et docentium, habet. Nam in caeteris sedibus et praesertim praecipuis, velut Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena et Hierosolimitana, multi ut nobis (sic?) insederunt haeretici, qui Apostolicam sedem et doctrinam corruperunt, et nunc multiplicatis sibi Patriarchis cujusque nomenclaturae iuxta nationum Orientalium, uti Armenae, Nestorianae, Iacobitae, Cophtae, Sorianae et Melchitae, diversitatem ac errores eorum proprios insident. Alterum est Romanam Ecclesiam habuisse a Domino in Persona Petri promissionem, quod non deficiet ipsius fides, quam promissionem per tot saecula usque ad haec nostra tempora effectum suum esse sortitam praedicta continuata Pontificum Romanorum successio convincit. Tertium illud denique Dei iudicium, ut omnes praedictae Apostolicae sedes gemant sub infidelium servitute, quia ab ista Romana recessere; Romana autem per singularem assistentiam Spiritus S. floreat et omnimodo libertate fruatur. Qua de re certum iudicium habere poteritis ex libris Iudicum et Regum a Prophetis, ex quibus erudimur, quod populus Dei, quoties ad idola diffuebat, hoc est a vero Dei cultu recedebat, semper sub dura Philistinorum aut Chaldaeorum servitute premebatur. Haec igitur cogitate, haec pensate, librumque Genadii et Concilii Florentini volumen, quod etiam transmittimus, scrutamini et, afflante Dei gratia, Unionem universalem Ruthenae Ecclesiae cum spe magna aeternae salutis ac non modica gloria vestra ac utilitate totius Russiae perficietis et iugum excutietis Constantinopolitanorum Patriarcharum, quos non erudire populos, sed eos exactionibus gravare continuis huic Sacrae Congregationi constat, ad id illos compellente insaciabili Machometanorum avaritia, de quorum illegitima et contra sacrorum Conciliorum canones electione non est dubitandum cum plerumque pecuniis ac symoniae vitio Turcarumque favoribus et violentia contra electorum sententiam ad sedem Patriarchalem promoveantur, saepeque dejiciantur ac restituantur ad Vesirum ¹⁾ Magnorum mutationem, quae frequentissima est. Unde fit, ut de Episcoporum et sacerdotum promotionibus ab eis factis multi et non sine ratione dubitare se

¹⁾ Въ Лавр. рукописи: *Vestram* (очевидная ошибка).



ad hanc S-mam Sedem scripserint frequenter. Plura possunt in hoc genere referri, sed epistolae terminos excederemus. Proinde finem facimus, et Vobis lumen Divinae gratiae a Christo Domino precamur. Romae die 14 IX—bris A. 1643.

Amplitudinis Tuae studiosi

Frater Antonius Cardinalis

Franciscus Feipolus.

Адресъ: *Illustrissimo Domino Petro Mohilae Metropolitae Kioviensi nuncupato.*

Примѣч. 1) Означенное посланіе извѣстно намъ въ двухъ копіяхъ: одна помѣщена въ рукоп. сборникѣ архива кіево-печерской лавры (л. 15), другая—въ сборникѣ, принадлежавшемъ М. А. Максимовичу (л. 39). Почеркъ означенныхъ копій въ высшей степени неразборчивый—съ недописками и сокращеніями.

2) Для уясненія настоящаго посланія имѣютъ значеніе грамоты папы Урбана VIII къ митрополиту П. Могилѣ и черниговскому каштеляну Адаму Киселю, помѣщенные въ III томѣ (№ CCCLXXIV). *Veter. monum. Poloniae et Lithuaniae, ab A. Theiner*,—съ датою отъ 3 ноября 1643 г.,—въ коихъ папа убѣждаетъ означенныхъ лицъ возвратиться въ лоно католической церкви. Въ письмѣ къ П. Могилѣ Урбанъ VIII говоритъ о болѣе подробномъ посланіи, которое имѣетъ быть отправлено ему—митрополиту—священною конгрегаціею кардиналовъ: „gravissima hac de re (т. е. относительно призыва къ уніи) fusius ad te literas dabit sacra Cardinalium Congregatio, qui Catholicae fidei propagandae praesunt.“ Безъ сомнѣнія, эти болѣе подробныя literae и есть помѣщаемое нами посланіе.

LXX.

Грамота кіев. митрополита П. Могилы къ перемышльскому Свято-Троицному братству съ изъявленіемъ глубокой скорби о неурядицахъ въ братствѣ и убѣжденіями исправиться и вести жизнь, согласную съ духомъ христіанскаго ученія.

1644 г., мая 26 дня.

Петръ Могила, милостію Божіею Архіепископъ Митрополитъ Кіевскій, Галицкій и всея Россіи, Ексарха Св. Апостольскаго Орунѹ Константинопольскаго, Архимандритъ Печерскій Кіевскій.